Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

comede de uenatione filii tui. ut benedicat m anima tua. Dixitq; illi ysaac. Quis enim es tu. Qui respondit. Ego sum filius tuus primogenitus esau. Expauit ysaac stupore uehementi. et ultra quam credi potest admirans ait. Quis igitur ille est qui dudum captam uenationem adtulit mihi. Et comedi ex omnibus priusquam tu uenires. Benedixiq; ei. et erit benedictus.

R. Erit mihi dominus in deum et lapis iste quem erexi in titulum uocabitur domus dei. et de uniuersis que dederis mihi decimas et hostias pacificas offeram tibi. V. Si dominus deus meus fuerit mecum in uia ista qua ego ambulo et custodierit me. Decimas.

Audiuit esau sermones patris. irrugiit clamore magno. et consternatus ait. Benedic etiam mihi pater mi. Qui ait. Uenit germanus tuus fraudulenter. et accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit. Iuste uocatum est nomen eius iacob. subplantauit enim me en altera uice. Primogenita mea ante tulit. et nunc secundo surripuit benedictionem meam. Rursumq; ad patrem. numquid non reseruasti ait et mihi benedictionem. Respondit ysaac. Dominum tuum illum constitui. et omnes fratres eius seruituti illius subiugaui.

R. Minor sum cunctis miserationibus tuis domine abraham in baculo meo transiui iordanem istum et nunc cum duabus turmis regredior libera me domine de manibus esau quia ualde contremit cor meum illum timens. V. Tu dixisti quod mihi bene faceres et dilatares semen meum sicut arenam maris. Libera. AD C. A. Missus sum ad oues que perierant domus israhel dicit dominus. MATTHM. In illo t.

Egressus ihesus secessit in partes tyri et sydonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa. clamauit dicens. Miserere mei domine fili dauid. Et reliqua.

Chananea ista mulier que nobis lectione euangelica commendata est. prebet nobis humilitatis exemplum et pietatis uiam ab humilitate in alta surgere ostendit. Erat autem sicut apparet non de populo israel. unde patriarche. unde prophete. unde parentes domini secundum carnem. unde ipsa uirgo MARIA que peperit christum. Non ergo ex isto populo erat hec mulier: sed erat ex gentibus. R. Ora uit iacob et dixit domine qui dixisti mihi reuertere in terram natiuitatis tue erue me de manu fratris mei quia ualde eum timeo. V. Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei domine qui pascis me a iuuentute mea. Erue.